



Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Præcepta Pars ...

Tractatus V. Ad Præcepta II. Tabulæ De Delictis Contra Justitiam, Seu
Injusta læsione Proximi in Bonis Animæ, Vitæ seu Corporis, Famæ,
Fortunæ & c. Ac Restitutione Inde Debita

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Approbationes Theologorum Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60167](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60167)



Approbationes Theologorum Ordinis.

APPROBATIO I.

Quintam Partem *Theologiae Moralis Decalogalis super Praecepta secunda Tabulae* à M. V. P. PATRITIO SPOERER. Ord. FF. Min. Recoll. Almaz & Antiquissimae Prov. Argentinae SS. Theolog. Lect. Jubilato, conscriptam sedulo percurri, nec in ea quidquam factis & religiosis moribus adversum reperi, sed denuò moralem doctrinam ex Probatissimis Theologis non facili labore, facillima autem methodo pro Confessorum usu collectam, propterea dignissimam iudico, quae praelo detur, & cum caeteris Partibus jam jam Typographiae beneficio juris publici factis, ab omnibus cordatis Lectoribus semper magis commendetur,

Ita censeo ex Conventu nostro Passaviensi ad S. Annam 27. Novembr. 1686.

F. LUCHESIUS MANGOLT,
eiusdem Ordinis ac Conventus Passaviensis p. r. SS. Theologiae Lector Ordinarius.

APPROBATIO II.

Hæc quinta Pars *Theologiae Moralis super Decalogum* maxime in *Praecepta secunda Tabulae* non minori sedulitate styli claritate, ususque facilitate, ac superiores jam in luce publica notæ ac passim dilaudatæ Partes à M. V. P. PATRITIO SPOERER, Ord. Min. Recoll. Almaz & Antiquissimae

quissimæ Provincie Argentinae SS. Theol. Lect. Jubilato et
Gravioribus, Accurationibus, et si fustioribus Doctoribus ex-
tracta & comportata sine ullo fidei & religiosorum motum
errore, meritissimo jure bono publico, præsertim animarum
Pastoribus per prælum deberur,

*Ita sentio ex Conventu nostro Salisburgensi
ad D. V. Assumptam 18. Decembr. 1686.*

F. RODERICUS SCHNABL.

ejusdem Ordinis & Provincie in præ-
fato Salisburgensi Conventu SS. Theol.
Lector Ordinarius.

APPROBATIO. III.

Cum hic Quintus Tractatus Theolog. Moralis Decalogalis
in Præcepta secunda Tabula à M. V. P. PATRITIO SPO-
RER, Ord. FF. Mm. Recoll. Almæ nostræ Provincie Argen-
tinae SS. Theol. Lectore Jubilato laboriosè conscripserit, & à
me iteratè relectus, Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus con-
tinentarium nil contineat, sed materiam eorum Præceptorum,
præsertim Quinti, & Septimi, clarissimè pariter & solidissimè
explicet, casus varios & mirabiles in præxi frequentissimos
succinctè, nervosè, & doctè pro captu facillimo resolvat,
præ cæteris sanè dignissimus est, ut in communem omnium,
non tantum Confessoriorum, sed & aliorum utilitatem in lu-
cem prodeat.

*Ita judico in conventu nostro Salisburgensi
19. Decembr. 1686.*

F. DEMETRIUS WIDMAN,

eusdem Ordinis, & Provincie in præfa-
to Salisburgensi Conventu SS. Theol.
Lector Ordinarius.

X 4